

2861 d. m. | Q. Servili Iasonis naufr. IIII¹ Vestā¹, | nat. Cilix, mil. ann. XXII, | C. Iul. Ianuar naufr. III Part[h]ic.² | tutor Aureli Iasonis fil. et heredis | eius, b. m. f.

Neapoli (X 3434 vidit Mommsen). — 1) *Naufylax tetrere Vesta.* — 2) PARTHIC lapis; navi videtur nomen fuisse Parthico. Idem nomen reperitur VI 3121, XI 3327.

2862 d. m. | C. Iulio Maximo | veterano ex | naufylace, | vixit annis | LX, Turrania | Maxima nepos | et Iulia Filete | liberta, heredes | b. m. f.

Puteolis rep., nunc Veronae (X 3451 vidit Mommsen).

2863 d. m. | L. Baebio Silvan. | vet. ex naup.¹ | cl. pr. Rav. n̄. Syr., | v. a. LXXX, Vatria | Tyrannis con. | et L. Baebius | Phileros lib. et | her. patr. digniss. | pos. S. p. obit. e. q. s. s. s. | h. planca. a., d. d. r̄. p̄. R. | HS M. M. n̄.²

Ravennae (XI 45 vidit Bormann). — 1) *Ex nauphylace (?)*. — 2) *Videtur intellegendum esse: Siquis post obitum eorum qui supra scripti sunt has plancas aperuerit, dare debet rei publicae Ravennatum sestertium duo milia nummum.*

2864 d. m. | L. Fulvius Datius | proreta cl. pr. Mis. | III Vestā, vix. an. XL, | ordo proretarum, | heredes, collegae | sanctissimo b. m. ff.¹

Miseni rep., deinde Neapoli (X 3483 vidit Mommsen). — 1) *Bene merenti fecerunt.*

2865 d. m. | C. Aponio Eudemoni | prorete III Iunone, | vix. annis XLV, mili. | annis XXIII, n. Egypti. | Lycopolites, Aiezia Bi[t]alis uxor eius et Publius | Aieza filius eius et C. | Iulius Ierax IIII Dacico, | proreta, frater et hered. | b. m. f.

Puteolis (X 3482 descr. Nissen).

2866 d. m. | Q. Panenti Quinti|ani mil. cl. pr. Rav.¹, III Aesc.², n. Del.³, st. XXXII, | C. Postumi. Valens | pror.⁴, her.⁵, et M. Pla|rentius Syrio | subhe. et proc.⁶, merenti.

Neapoli (X 3486 vidit Mommsen). — 1) *Miles hic classis praetoriae Ravennatis casu aliquo videtur decessisse circa Misenum. Litterae huius tituli ita contignatae sunt, ut numquam in his partibus, sed in iis fieri solebat, unde oriundus erat Quintianus (Mo.).* — 2) *Triere Aesculapio.* — 3) *Natione Delmata.* — 4) *Proreta.* — 5) *Heres,* 6) *subheres et procurator.*

2867 d. m. | M. Antoni Isidó|ri pausari¹ dupl. IIII | Dacico², Aegypt., vixit | ann. XLVIII mil. an. XXVI, | Maria Eutychia c. b. m.

In agro Neapolitano (prope Bacoli) rep., est Neapoli (Eph. ep. 8, 585 vidit Ihm). — 1) *Cf. Seneca ep. 56, 3: 'pausarium voce acerbissima remigibus modos dantem.'* — 2) *Duplicario, tetrere Dacico.*

2868 dís máuib. | P. Pacónio Nigró | fabró ex classe | p̄r., Misense | nation. Nicaens, | vix. ann. L militavit | annis XXVIII, | P. Paconius Graptus | patrono benemerent.

Puteolis, nunc Neapoli (X 3419 vidit Mommsen).